



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. I. Magistratus sine adulatione instruendi sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

POLITICORVM

LIBER SEXTVS.

DE MAGISTRATV ECCLESIASTICO.

CAPVT I.

Magistratus sine adulatione instruendi sunt.

Leges sine
magistratu
mortuae
sunt.



E legibus actum est superiore libro, earumque necessitas, utilitas, & vigor explicatus; sed legum est infirmum sine insigni magistratu subsidium; leges instrumenta pacis, & felicitatis sunt inanimata; magistratus, organa viua; quae legum

vſu, & tractatione Rempublicam administrant, tuentur bonos, malos corrigunt; at qui corrigi nequeunt, in quibus nihil bona ſpei capax eſt, tollunt e medio mortalium facturos peiora iis qua contingunt, vt quo vno modo poſſunt, deſinunt eſſe mali. Legum ergo ſine magistratu nulla eſt efficiencia, nullus metus, leges bonae a bono magistratu prudenter adminiſtratae feliciffimam Rempubl. efficiunt. Quam ob rem magistratus dignitatem, auctoritatem, officiumque; exponere aggredior, in quo ſcopulū video in quē multi politicorum impeerunt, videlicet adulationis ſtudium, vel n. regi alicui placere vel optimatibus ſe commendare voluerunt; eaque ſcripſerunt, quae delectare reges principesque; magis, quā docere, melioresque; reddere conſueverunt. In maius ſua laetificant regem, & in mendaciis ſuis principes. Multi poteſtatem magistratus ſupra verū, & ſupra modū extolunt, alii etiam vitia dilaudant; Calumniator bonū ait eſſe malum, amator e vitia ipſa delectat, vtrumque; malū eſt in adulatore, cuius error ideo difficillime ſanatur, quia veritati affinis eſt, cum n. adulatores ſint peſſimi inimicorum, videntur eſſe amicorum beneuolentiſſimi, certe ſunt ſuauiſſimi. Amicitiam adulatio non tantum imitatur, ſed vincit & praeripit; aperit ac propitiis auribus accipitur, & in ima praecordia deſcendit, eo ipſo gratioſa, quo laedit.

Magistratus
docere diffi-
cile.

Adulatio
venenum
potentia.

Adulatio
viri, parti
perniciosa.

Adulatores
adulatores,
adulatores,
adulatores.

Adulatio-
nis effectus.

§. 2. Principio itaque; mihi conſtitutū eſt rectiſſima via incedere, nec regū, principumque; auribus quicquā offerre niſi verum, & ſalutare; quomodo quidque; accipiat, vnice ſecurus. Nam auribus potentum, quicquam dare, nec illis qui fallaci laude ſeducuntur, nec illi qui pro amico blandus inimicus, homines natura imbecillis iudicii magis infatuat, prodeſt.

§. 3. Pontificibus, Regibus, potētibz nihil eſt inſeſtius adulatione. Nam vt arugo ferri, teredo ligni, acor vini, mucor panis, ita adulatio aularū propriū e vitium; Inde & nomē ſumptū eſt, vt adulatores, quaſi adaulatores dicantur, q. regū opes aſſentatione magis, quā hoſtes gladio euerunt. Potens eſt hoc, & efficacis venenū, quia auidiſſime in praecordia admittitur, atque; intima depaſcit; Animos vero inflat, & vteroſo tumore diſtendit, vt a ſe plerumque; abeant. Hinc ſœdiſſimi hominum credidit Deos voluerūt, vt Alexander magnus, vt Romani imperatores. Alios efferauit adulatione, vt Conſtantium, quē crudelem aſſentatores fecerunt. Alios faciunt in magna fortuna ineptos, vt Valentem, cum eius verba ruſtica, Tullianus Floſculos appellarent. Omnes denique; inhumanos, moroſos, iracundos, & vindictae auidos. Caligula ſeruiliſter Ro-

ma adulata eſt, blanditiis placere ſtolido, & crudeli principi voluerūt, ſed exitus iſ fuit, vt adulationes cōtemnere diſceret, & cum aliorum interpretaretur, morte puniret. Dion reſert in Calig. Cōclamante autem aliquando populo; Adoleſcens Auguſte, ratus ſibi iniuriam illatam eſſe quam plurimos occidi iuſſit. Eoſque, partim abſtrahi a ſpectaculis, partim abeuntes a theatro abſcripi, id enim ſepe facere ſolebat. Lucundiſſimis ita aſſueuerant aures principis, vt iucunda pro aſperis acciperentur. Eadem peſte Vitellium interemerunt. Arcuere eos (bene ſuaſuros) inquit Tacitus, intimi amicorum Vitellii, ita formati principis auribus, vt aſpera quae vtilia, nec quicquam niſi iucundum, & laſurum acciperet.

Adulatores
cogniti odio
ſunt.

Corruptio
palato ni-
hil niſi na-
ciurum
placet.

Simulatio
breuiſſima
ſunt.

Adulatores
in roſa oc-
ciduntur.

Indecimū
praeciptum.

Adulatio
damnabilis.

§. 4. Nec aſſentationis fructum diuturnū capiunt adulatores, quia cum nemo vno adulatore cōtēctus ſit, neceſſe eſt, vt eius gratia patuo tēpore floreat. No- uin. exquiliore blanditia ad ſe illiciunt animos, & quae valde delectantur eorum eſt velox faſtidiū. Deinde natura ſimulationis eſt iniquiſſima. Neque; haecenus quicquā tanto fuit ingenio adulator, vt nō facile apparuerit iriſorem eſſe potentum. Si enim non laudanda commendant, vel mediocritas in maius effe- runt, principem, niſi pecus ſit, diu latere non poſſunt. Et quanquā facile ab his ſe fallere ſinant homines, adulationis tamen compertū oderunt. Riſum toti im- perio mouit Elagabalus cū paraſitos roſis opprime- ret, aut rota aquaria illigaret, vt per voluptates occi- deret, qui per delicias principum vitam impeterent. Quod li tamē adeo hebes, & ſui amator princeps ſit, vt ſuadentibus illos, & ſuadentibus, qui ad omnia ventris cauſa annuunt, agnoſcere nequeat, eos ta- men collega, & Symparaſiti facile deregunt. Neque; n. magis cognoscitur, & ridetur adulatio, quā in aulis, in quibus & homines vrbani queruntur, contra vn- decimū decalogi praeciptum peccari, Non adula- beris. Quod vitiū cum in omni hominū genere ſit tarpiſſi- mū, tum vero in ſacerdotibus eſt portētoſum, quibus multo melius eſſe docent ſacri canones, pati pro veri- tate ſupplicii, quā pro adulatione beneficiū recipere, i. quae ita 3. nemo peritorū Grauiſſime vero D. Greg. adulatores in- ſequitur l. 18. mor. p. 4. c. 3. ſunt nonnulli (diſt. 46) qui aī ma- leſacta hominum laudibus efferunt, augent, quae increpare de- buerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: Vae qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciūt ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis. Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollis quie ſcatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacētis ponit, vt qui corripit ex culpa debuerat, in eo ſultus laudibus molliter quieſcat. Hinc ruruſum ſcriptum eſt: ipſe adificabat parietem, illi autē limiebant eū. Parietis quippe nomine, peccati duritia deſignatur, adificare ergo parietē, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere. Sed pari- etem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſe agentes adificant, ipſi adulantes quaſi ni- tidum reddant. Sed ſanctus vir ſic male de bonis non aſſimat, ita indicare bona de malis recuſat, dicens, abſit a me, vt iuſtos vos iudicem: donec deſiciam, non recedam ab innocentia mea. Concilium Carthag. 4. cap. 56. adulatores Cleri- cos proditoribus cōiungit. Clericus qui adulationibus, & proditoribus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

§. 5. Remedia magistratibus, & contra doctinas adula-

Qui adulatione gaudet, bonis consiliariis caret.

Adulator omnis est irrisor, quia principem vanum, & stultum putat.

Infamia adulationis.

Furiosa adulatio.

Adulatori cur nihil dandum.

Adulatores ridendi.

Percutienti.

Interdum occidendi.

adulatores politicorum firmamenta in pròptu semper adesse oportet. Nisi enim hoc discrimen animaduertant, etiam bonorum consilia auertent; Nam stulto principi, vel adulationibus inescato haud facile bona consilia dantur. Primum igitur est; Nolle laudari; Non omnino imprudenter Pescennius Niger, *Vnum se placere, mortuum laudari velle.* Alterum, si nondum hoc vitium animo excussum est, ita tamen proficere studeat, ut lubens vera audiat, & irrisoria encomia intelligere se, & detestari significet. Rideri autem se clare agnoscet. Si mala laudent; si vitia virtutum nomine pallient, si principis errorem admirentur. Si eubrius tuit; comitatem in cœlum euehant. Excanduit magnanimitatem prædicant, & clementiam, quod non senuerit. Fefellit, prudentiam clamant. Tu crede magna cum scelera, ausurum, qui tuorum delictorum est studiosus laudator. Quis non miretur Dionysii Syracusani hominis versutissimi stultitiam, à quo Dionysio *κιδαντες* dicti sunt; quem cum cæcotentem cernerent adulatores, ipsi quoque cæcos se finxerunt, nam in postes, & parietes impingebant, & ad fercula ab ipso manu se duci gestiebant. Miseri illi, quibus tã fœdæ adulationis necessitatem tyrannis imposuit, miserunt us ille ipse qui se ira derideri volebat.

Deinde cognoscat irrisiōnem laudationibus, si vera bona maiore encomio prosequantur. Si ex homine Deum faciant. Qualis ille adulator, qui dixit:

*Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane,
Diuisum imperium cum Ioue Caesar habet.*

Tertio, si occasionem peccandi offerant. Alexander magnus ita viuebat, ut ab omnibus turpissimus haberetur, Eudæmonicus tamen assentator eius, ut illum *ἀναμαρτυρος*, & omnino omni culpa immunem ostenderet, monere solebat, ut eadem mali quippiam committeret. Ecce quam immane studium adulandi. Eo pertinet Anaxarchi adulatio, cum ius fas esse diceret, quæcunque rex faceret. Laert. l. 9. c. 10. Proditor est qui hæc suadet: nocere vult, qui confidentiam malorum principi infillat. Quarto, cum laudant, & petunt; nam finis ille solet esse canum aulicorum, qui cauda adulantur, dū fructum proiciis, cum dederis, abeunt; si repetas, ringuntur. Nunquam dabis cum adulatio antecedit; nam tuæ superbiæ dedisse, non tibi arbitrabitur, cum ante dementandus illi fueris; quã dares; quod si humanius de te loquetur suo artificio, nō tuæ munificentie gratias habebit.

§. 6. Aliud remedium est, ut palam ostendas tibi illos esse odio. itaq; verbis exagrandi sunt, quemadmodum Alexander seuerus abiici, & cachinno excipi volebat: Generosius Ladislaus rex Poloniae, colaphis demulcebat, egregio elogio. *Percutientes me repercutio.* Insigne exemplum etiã Vitellius edidit, occisio enim Galba, plures quã centum viginti libellos premia exposcit, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius postea inuenit, Ecce tibi assentatione nouo se principi venditantem. Quid vero Vitellius? omnes cōquiri & interfici iussit, non honore Galbæ, sed tradito principibus more, munimentum ad præfens, in posterum vltionem. Horum igitur tibi o princeps odium inculcatum, magnum, constansque opto, his purgari tanquam illos tibi fidos fore credes, qui vel tuū peccatum laudant, vel tui causā peccare sunt parati; qui philosophiam, politicam, iuris prudentiam, Theologiam voluntati tuæ attemperant. Vera audire affuece o princeps, & hæc qualiacūq; animo reconde. Magnam spem recte factorum præbet, qui vera lubens audit. Nam τὸ κατὰ δόξαν εἶναι ἀληθείας ἐκγόρον.

CAPVT II. Magistratum Reipublicæ necessarium esse.

§. 1. **R**еспублика sine iubendi & parēdi ordine nulla esse potest, quemadmodum nec homo erit, nisi naturali ordine membra sibi mutuo connexa sint, atque apta inter sese, & reciproco se adiutorio influxuque sustentent. Sine magistratu igitur lex, ut dixi, inanima est, sed verē ille dixit:

Ἰσχυρὸν ὁ νόμος τοῦ ἀρχόντος ἐστίν.

Fortis est lex, si principem habet. Nam tota legum congeries, sine hoc vinculo, & quasi cemento non nisi ruina est. Exempla domestica nobis hoc ostēdunt; si abest à ludo frons seuera magistrī, si patrem familias domo discēssisse norūt seruuli, si nec vicariatum præstat cēsor, aut atriensis; omnia cōmutantur, in solentia vni reuerentia compressa mox sese exerit; quid in regno ubi non modo multi, sed crebro plurimi, aliquando omnes sunt mali: Quapropter vere Arist. l. 6. poli. c. 8. *ἀνευ τοῦ ἀρχόντος ἡ πόλις ἀδύνατον οἰκεῖν καλεῖται.* & Cicero l. 3. de legibus, *opus esse magistratibus, quod sine illis ciuitas recte constitui non possit.* Quod adeo verum est, ut qui magistratui rebellant; sine alio id magistratu facere nequaquam possint. Imperium consulum, & nobilitatis recusant plebei Quirites, in montem Auentinum secedunt, sed agere nihil sine nouo magistratu contra veterem possunt, tribunos creant, & leges patribus imponunt. Tam est vero necessarius in Republica magistratus, ut melius sit esse malū, quã nullum.

§. 2. Quod cum ita sit, non tamen desunt nostro sæculo, in quod execranda omnia confluxerunt, qui tam euidenti lumini naturæ, & experientia repugnare conati sint, omnemq; rerum ordinem scelerata opinione euertere. Olim quidem Donatistæ, licet ante ab Ecclesia ad imperatores appellassent, postea tamē omnem magistratus auctoritatem respuerunt. Nunc Libertini, & Anabaptistæ omnem Anarchia perturbationem inducunt. Libertini quidem, quod omnē legem, omne peccatum negent, à Deo enim fieri assentunt. Anabaptistæ magistratum Christianæ libertati aduersum esse fingunt.

Sed eos refutat sancta scriptura, quæ iubet omnem animam potestatibus sublimioribus subesse; quod non vellet, nisi potestates velleret esse. Vocat eos *Διακόνους* ministros Dei, & *ἀρχιεργεῖς* Dei. Rom. 13. 4. 6. imo Deos. Deinde Matth. 22. 21. Iubet Cæsaris legibus, quamuis impii parere Christus Dominus, quod Paulus ad Tit. 3. 1. Petrus Epist. 1. ca. 2. 13. ex ore dominico acceptum prædicant. Idcirco Magistratus, & reges nutriti Ecclesiæ, & defensores vocantur, mittit eos Deus ut seruos, & ministros suos, Moſem, Iosue, Iephthe, Sampsonem, Samuelem, Dauidem, Salomonem, Asam, Iosaphat, Ezechiam, Maccabæos; Hæcenim testatur nobis Plal. 2. 11. Isa. 60. 3. Prou. 8. 15. Isa. 10. 5. Ierem. 27. 6. Dan. 2. 34. Nobis etiam commendat, ut pro illis oremus, 1. Tim. 2. 2. Contra Libertinos multi Theologi, & iurisperiti disputarunt, & totus eos mundus oppugnat. Quos tamen occulte defendunt, qui leges negant obligare conscientias subditorum, ut libro de legibus docui.

§. 3. Rationi etiam naturali id consentaneum est; nisi enim magistratus sit, nulli erit tota simul reipublica curæ, sed partes hinc inde tantum particulatim in vtilitatem paucorum administrantur. Quia vero magistratuū, ac proinde omnis ordinis ac boni oſores, pacis perturbatores, latrociniorū patroni, simplicibus obrepunt, & argutiis Rempub. euertere conantur, fraudes eorū aperiendæ sunt. Neq; enim hodie desunt, qui agrestes aliqua commotione agitados in Dominos arma vertere hortentur. Nec timidius, quam Muntzerus agerent, si modo spes successus appateret. Quid vero adferri pro tam insigni paradoxo potest?

§. 4. Principio reges hoc modo oppugnant: Christus solus est in testamento nouo rex; indignum igitur Deo hominem

Reipublica sine magistratu.

Nulla pars Reipublicæ sine magistratu.

Oppugnari magistratus sine magistratu potest.

Perditi homines magistratum negant.

Totum ali-cui curæ sit necessarii.

Magistratus reipublicæ.